30

quia deus dixit faciam⁹ hominem ad ymaginē
et similitudinem nostram et habeat potestatem
piscium maris et volatiliū celi·et pecoꝝ omniū
et repentiū sup terram. Et dauid ait Omnia sbi
iecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersa
igitur et pecora campi·volucres celi et pisces ma
ris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris
didicerunt·et ideo censent ꝓpter hominem esse
generata hominē quoqȝ hois causa generatū
esse in libris moysi ēpimus dicēte domino. Nō
est bonū hominem eē solum·faciamus ei adiu
torium simile sibi. Ad adiumētum ergo mulier
data ē viro·que generaret vt homo homini ad
iumento foret·deniqȝ anteq̄ꝫ mulier formaretur
dictum est de adam. Non est inuentus adiutor
similis illi. Adiumentum enim homo nisi de ho
mine habere non poterat. Ex omnibus igitur
aīalibus nullū animal simile·et vt absolute di
camus nullus adiutor hominis inuentus ē·mu
lieris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo
scd̄m dei volūtatem·vel nature copulam inuicē
nobis esse auxilio debem⁹·certatē officijs velut
in medio oms vtilitatēs ponē. Et vt verbo scri
ptuē vtar·adiumentum ferre alter alteri ł stu
dio vel officio·vel pecunia·vel opib⁹·vel quoli
bet mō·vt inter nos societatis augeat gracia
Ne quisq̄ꝫ ab officio vel piculi terrore reuocetur·


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG